

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 5653

**Auteur(s) :** Robert, père de Ginoud [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Robert, Saint-Wandrille-Rançon, Saint-Wandrille (abbé)

**Genre d'acte :** notice

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1063-1089, 4 septembre]

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Notice relatant la donation de l'église de Grandvilliers. Robert, père de Ginoud, a donné à Saint-Wandrille l'église de Grandvilliers. Ginoud a confirmé cette donation, mais après la mort de son père, il l'a contestée. Trente sous en charité en lui étant donnés, l'abbé Gerbert a mis fin à la contestation.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissey, 1862-1869, 3 vol., t. 2, p. 198.
- b. Lot Ferdinand, *Études critiques sur l'abbaye de Saint-Wandrille*, Paris, Champion, 1913, n° 50, p. 105-107.

## Dissertation critique

A. Le prévost date la donation de Robert en 1063 (DELISLE/PASSY, t. 2, p. 198). Les actes évoqués dans cette notice se situent entre la donation de Robert et la fin de l'abbatit de Gerbert de Saint-Wandrille (1063 - le 4 septembre 1089).

Texte établi d'après a

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Tempore abbatis Roberti, Robertus Ginoldi pater ecclesiam de Grantviler, cum omnibus ad eam pertinentibus, Sancto Wandregisillo dedit et perpetualiter concessit ; sed postmodum multis pro causis in curia fratrum Fontinellensium res ipsæ sunt neglectæ, et ab eodem Roberto sursus invasæ, ac multis diebus sub calumpnia tamen eorumdem fratrum injuste possessæ. Verum benignus Deus qui sibi famulantium curam nescit negligere, ne idem miles suæ devotionis fructum, bene quidem cœptum, sed pravorum consiliis corruptum, videretur perdidisse, eum ut bonus pater voluit corrigere. Qui correctus molestia corporis, facti sui non immemor, ex corde pœnituit, Fontinellam ocius misit, quæ injuste tulerat reddidit, habitum monachi petiit et accepit. Missis ad se duobus fratribus Gaufrido de Bella Aqua et Hugone Furim (?), ecclesiam et omnia quæ proclamabant, præsentem domino suo Gilleberto de Lacunel, et sua uxore annuente, et filio ejus Grimoldo aliisque suis hominibus, reddidit, et cum eisdem fratribus Fontinellam deductus venit. In cujus comitatu et G. filius ejus huc accessit, et quæ pater addiderat, scilicet ecclesiam cum tota decima et duo arpenta terræ juxta eam, et terram totam quæ est intra duos [cheminos] usque ad terminos....., solempniter donatione supra altare missa confirmavit. Teste Pagano de Conded, Rogerio de Torci, Gilleberto de Malbuissum. Ex nostra parte vero, Hugo Ruffus, Helto, Robertus Camerarius.

Post dies vero defuncto patre Roberto, idem G., sinistro usus consilio, datum quod pater annuerat et ipse confirmaverat negavit, carucamque Sancti Wandregisili a terra ipsa expulit. Quo comperto, Girbertus abbas missis

suis monachis et hominibus ad diem nominatum contra ipsum G..... placitavit, et datis in charitate XXX. solidis, annuentibus fratribus ejus, militibus atque amicis, juxta proclamationem fratrum, finem omnimodis fecit. Huic ultimæ conventioni interfuerunt ex parte Sancti Wandregesili : Radulfus Pinnarz, Willelmus Presbiter, Warnerius Crutivilla, Robertus Guerel ; ex parte G., Gislebertus dominus ejus et Gillebertus filius Noe et Gillebertus de Malbuissum, atque alii multi.